

Ordonnance
 Du Roy Philippe^e
 Touchant Le Change

En 1342:

Philippus Dei gratiâ francorum Rex
 dilectis nostris Magistris et Custodibus Monete
 nostre Tholozæ, vel eorum locum tenentibus
 Salutem: cum per dilectum ac fidelem Counci-
 liarium nostrum Episcopum Bellovacensem
 tunc locum nostrum tenentem in partibus
 Occitanis et Rantommensis, vobis et vestrum
 quilibet mandatum et commissum extitisse
 dicatur, et personis expertis super facto
 et arte Cambii daretis et concederetis sub
 certâ formâ licentiam et potestatem debite
 faciendi et exercendi dictum factum Cambii
 ad finem et billonum et Cambium in
 Monetagio nostro a diversis partibus asportaretur

en l'art. des art. de la mon. de Thoulouze

et Monetarium ipsum conservaretur et multi-
plicaretur ad utilitatem nostram pro ut hae
et alia in dictis litteris Consiliiarii nostri Super
hoc concessis latius continere dicuntur; nunc
quoque per ordinationes nostras Super facto
Monetarum et Cambii noviter editas prohibetur
esse dicatur ne aliquis sub poena corporis et
honorum audeat vel presumat facere vel
exercere factum Cambii nisi duntaxat in
villis et locis notabilibus in quibus hactenus
et ab antiquo dictum factum Cambii fieri
et exerceri consuevit, et quod si homo legalis
et bona fame et jure tenere ordinationes
nostras et vestras et idonee caveat pro soltu-
tionibus, et fideliter custodiendo et reddendo
ex qua sibi tradita fuerim in deposito communi-
data vel aliter, non pro utilitate nostra et Reip.
volentes dictum nostrum Monetarium Coloni-
meliorari et multiplicari, vobis et vestrum
cuiuslibet in solidum praecipimus et mandamus

committendo Si sit opus quatenus mercatoribus
 et personis legalibus et bona fama ex parte
 nostra concedatis licentiam et potestatem debite
 faciendi et exercendi officium seu ministerium
 Cambii juxta nostras ordinationes, et ipsis penitus
 observatis receptis prius ab ipsis et eorum quo-
 libet per vos seu officarios nostros sub quorum
 jurisdictionibus morantur, juramento et cautio-
 nibus idoneis de quibus mentio habetur in nostris
 ordinationibus antedictis et in locis propinquo-
 ribus de Monetagio nostro Tolosa quam de alio
 Monetagio Regni nostri non permittatis ali-
 quem facere seu exercere dictum officium
 seu ministerium Cambii nisi prius habitâ a
 vobis licentiâ super prædictis secundum modum
 supra scriptum et quoscumque facientes seu
 attemptantes contrarium ad desistendum per
 captionem bonorum suorum et re prætereuntibus
 compellendo super præmissis enim et dependen-
 tibus ex eisdem vobis et vestrum cuilibet in

Solidum ab oibus nobis Subditis gareri volumus et mandamus. Datum in Supra 1342: 1.